

1741 Januar 17., [Abtei] Muri

A

SCHREIBEN VON FRATER MARTIN BRANDENBERG, "PROF[ESSUS?] MUREN-
SIS", [AN ABBE BEAT JAKOB ANTON ZURLAUBEN]¹

"Quod Perillustrissima Reverenda Dominatio vestra me, utut immeritu, tam Specioso, tam praetioso honorare ac ditare voluerit Xenio, Summam cordi meo attulit laetitiam; Sanè admiror et agnosco eximium aestimatissimumque Perillustrissimae R[everendae] Dominationis vestrae erga me amorem ac benevolentiam cordintimè dolens, quòd par pari referendo non sim adeoque cum gratus nequeam, ingratus vivere debeam; velle equidèm adjacet mihi, at perfecere non invenio; gratias itàque cum referre nequeam, Saltem ago humillimas, dari et insinuari, mihi occasionem ardentem peroptans, quâ acceptum, etsi nòn pro meritis, Saltem pro posse meo redhostire valeam. Quod de penultimâ impressione breviarium haberi non potuerit, non est, quod P.R. Dominatio vestra multùm curet, aeqùe mihi gratum est, aequè usui meo aptum erit novum, ac vetum fuisset. Caeterùm quoties novo Breviario usus fuero, toties Maecenatis mei liberalissimi ac amantissimi memor ero; et (quemadmodum hactenùs solitus eram) in quotidianis exercitijs et precibus NB. explicitè apud Superos instabo, ut ipsi in compensationem tanti beneficii omnem benedictionem de rore Coeli et de pinguidine terrae in Sinum P.R. ac amantissimae Dominationis vestrae effundere dignentur; qui interim permaneo ...

PS Admodum R.D.P. Leodegarius [Mayer] Sub Prior ac [Frater-]Instructor meus amantissimus humillimas gratias agit pro felici appreciatione novi anni, ultroque ardentia vota replicat; haec faciunt et alii [Konventualen], praesertim P. Jacobus [Landtwing, von Zug] qui se non tuum antiquum, sed et novum profitetur ministrum.

P.S. Reverendissimo Domino Praeposito [des Stifts Bischofszell und Dekan von Zug, Beat Karl Anton Wolfgang Wickart] ac cognato ... [- die Mutter Wickarts, Maria Anna Margaritha Zurlauben, war eine Tante von des Absenders Mutter, Maria Helena Barbara Zurlauben -] sicuti et meis D.D. Parentibus [Jakob Bernhard Brandenburg und die obgenannte Zurlauben] humillimum Respectum annuntiari jubeat, enixè rogo."

1) Beat Jakob Anton Zurlauben war des Absenders geistlicher Vater.

Original, Siegel grösstenteils abgefallen - AH 109, 47-48